

Benedictio Mensæ

Ante Prandium

Ante Cœnam

Sacerdos benedicturus mensam, incipit:

Ÿ. Benedícite.

℞. Benedícite.

Deinde Sacerdos incipit versum:

Oculi ómnium.

Edent páuperes.

Et alii prosequuntur:

IN TE SPERANT, Dómine, † et tu das
escam illórum in témpore opportúno.*
Aperis tu manum tuam, et imples omne áni-
mal benedictióne.

ET SATURABÚNTUR, † et laudábunt
Dóminum, qui requírunť eum*: vivent
corda eórum in sæculum sæculi.

IN NATIVITATE DOMINI

usque ad Cœnam Vigilæ Epiphaniæ exclusive dicitur:

Ÿ. Verbum caro factum est, allelúja.

℞. Et habitávit in nobis, allelúja.

IN EPIPHANIA

et per totam Oçtavam:

Ÿ. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, allelúja.

℞. Reges Arabum et Saba dona addúcent, allelúja.

IN ASCENSIONE DOMINI

usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive:

Ÿ. Ascéndit Deus in jubilatióne, allelúja.

℞. Et Dóminus in voce tubæ, allelúja.

IN PENTECOSTE

A Vigilía ejusdem inclusive, usque ad Cœnam sequentis Sabbati exclusive:

Ÿ. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja.

℞. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja.

Gloria Patri. Sicut erat.

Ÿ. Kyrie eleison

℞. Christi eleison. Kyrie eleison.

Pater nóster, secreto usque ad

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem

℞. Sed líbera nos a malo.

Póstea Sacerdos dicit:

Orémus.

Bénedic, Dómine, † nos, et hæc tua dona ✠,
quæ de tua largitáte sumus sumptúri.

Per Christiim Dóminum nóstrum. ℞. Amen.

Deinde Lector:

Jube, dómne [vel, si non Sacerdos, Dómine], benedícere.

Si autem Pontifex mensam benedicit, sic petitur benedictionem: Benedícite, Pater Reverendíssime.

BENED. Mensæ cæléstis partícipes fácias
nos Rex ætérnæ glóriæ. ℞. Amen.

BENED. Ad cœnam vitæ ætérnæ perdúcat
nos Rex ætérnæ glóriæ. ℞. Amen.

Post Prandium

Post Cœnam

Aguntur gratiæ hoc modo:

Dicto a Lectore Tu autem, Dómine, miserere nobis. **R.** Deo grátias. Omnes surgunt.

Sacerdos incipit versum:

V. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua.

R. Et Sancti tui benedicánt tibi.

V. Memóriam fecit mirabílium suórum
miséricors et miserátor Dóminus.

R. Escam dedit timéntibus se.

IN NATIVITATE DOMINI

usque ad Cœnam Vigilæ Epiphaniæ exclusive dicitur:

V. Notum fecit Dóminus, allelúja.

R. Salutáre tuum, allelúja.

IN EPIPHANIA

et per totam Oçtavam:

V. Omnes de Saba vénient, allelúja.

R. Aurum et thus deferéntes, allelúja.

IN ASCENSIONE DOMINI

usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive:

V. Ascédes Christi in altum, allelúja.

R. Captívam duxit captivitátem, allelúja.

IN PENTECOSTE

A Vigilía ejusdem inclusive, usque ad Cœnam sequentis Sabbati exclusive:

V. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúja.

R. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Gloria Patri. Sicut erat.

Postea Sacerdos absolute dicat:

Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro
univérsis beneficiis tuis: Qui vivis et regnas
in saéculum saéculi. **R.** Amen.

Benedíctus Deus in donis suis, et sanctus in
omnibus opéribus suis: Qui vivit et regnat in
saéculum saéculi. **R.** Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalmus 116.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Gloria Patri. Sicut erat.

V. Kyrie eleison

R. Christi eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos inducas in tentationem

R. Sed libera nos a malo.

V. Dispérsit, dedit paupéribus.

R. Justítia ejus manet in saéculum saéculi.

V. Benedícam Dóminum in omni témpore.

R. Semper laus ejus in ore meo.

V. In Dómino laudábitur anima mea.

R. Audiant mansuéti, et læténtur.

V. Magnificáte Dóminum mecum.

R. Et exaltémus nomen ejus in idípsum.

V. Sit nomen Dómini benedíctum

R. Ex hoc nunc et usque in saéculum.

Deinde Sacerdos absolute dicat:

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus, nobis bona faciéntibus
propter nomen tuum, vitam ætérnam. **R.** Amen.

V. Benedicámus Dómino. **R.** Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ † per misericórdiam Dei requiéscant in pace. **R.** Amen.

Pater noster, totum secreto. Quo finito, Sacerdos dicit:

V. Deus det nobis † suam pacem. **R.** Amen.